istius quoque Cottus serio invigiletur; ut a gremialibus locis ex parte Politica per attactam Commissionem evocandi Deputati prudentes discreti, ac pacifici Viri per Communitates eligantur, et exmittantur.

33. 29° Ejusdem de dato eodem Intimatum, quo notificatur Oppidi Beles Helveticam Confessionem profitentibus Incolis extensionem Oratorij ipsorum, novaque Turris ad sensum Investigantium extra fundamentum ad unam Orgiam è Solidis, reliqua vero partis è ligneis materialibus erectionem clementer admissam haberi ea tamen ratione, ut impertitam Benignam hanc Concessionem Regiam quoquo modo excedere haud ausint.

34. 30° Amicae Cottus Csanadiensis è Generali ejusdem die 4° Men attacti in Oppido Maro celebrata Congregatione emanata Literae Opinionem Cottus ejusdem in eo, num Geometra mediante Benigno Gratioso Excelsi Consilij de dato diei 12° Men Xbris et Anno proximè praeterlapso emanato Intimato Simultaneè per Comitatus Csanadiensem, Csongradiensem, et hunccè Bekesiensem assummi ordinatus ex adductis rationibus assummendus veniat, deprompi, ac cum eodem Comitatu Communicari desiderantes. Quare rescribetur attacto Cottui, quod siquidem huccè etiam Comitatus potissimum ex Sti Dominij Gyulensis Jurisdictionalis locis Consistat, idem autem Dominium proprijs Stabilibusque Geometris provisum esset,